

7. Aureol. declarari scribens ad Romanos, Prophetæ que etiam multi prædixerunt. Tertio, Aureolus contendit hoc capite sub isto Angelo annuntiarum Justinum Imperatorem, & ejus nepotem Justinianum: illum, quod Arrianismum sustulerit: hunc verò, quod codicem juris per suos Jurisconsultos conscripserit. At verò ad Justinum, & Justinianum denotandum non misit Deus Angelum tot symbolis ac mysteriis plenum, ac tanto apparatu.

8. Ribeira, Cornel. Menoch. M. Joan. La Haye, & alii existimant hunc esse verè Angelum, & hic haberi sermonem de rebus ultimi temporis. Hanc tamen sententiam aperte rearguunt verba sacri text. in fine cap. & dixit oportet te iterum prophetare gentibus, & populis & linguis, & regibus multis. Quæ non coherent cum multis temporibus Antichristi. Deinde licet ea quæ spectant ad finem mundi valde magna sint, tamen de illis solis non debet esse tota Apocalypsis, valde magna sunt, quæ singulis his temporibus contigerunt in Ecclesia, ergo etiam hic aperiuntur: nec enim videtur quod solum tota Dei cura fuerit nuntiare ea quæ ad finem mundi spectant, deinde quia in toto hoc capite nihil videtur, quod in finem mundi pertineat, & sic minimè explicatur coherentia antecedentium cum hoc capite.

9. Ferrarius. Nostra sententia est, quam ex parte tradit Ferrarius, hic sermonem esse de vero Angelo in cujus persona representantur Doctores, Prædicatores, ac Magistri Ecclesiastici, & Apostolici, c. 8. vidimus multas devastationes, ac desolationes, quæ ob hominum peccata factæ sunt in mundo, igne, grandine, ac sanguine, & quod magna pars eorum, qui erant in terra, ac mari consumpta est. Vidimus c. 9. locustas horribiles, hæreticos scilicet, exeuntes de fumo putei abyssi. Tandem prodit exercitus armatus equestis, scilicet Saracenorum, ac sequentium Mahometis, ac sectatorum Antichristi, & aliorum iniquorum, quibus Deus minatur magnam poenam nisi poenitentiam agant.

10. Rom. 20. Tunc Deus cujus natura bonitas, & infinita est pietas adversus tot mala, bella extorta contra Ecclesiam suam per diversa tempora ei providet opportunum subsidium tanquam antidotum, ac pharmacum salutare, dans ei Prædicatores & Doctores, ac magistros Ecclesiasticos, qui in hoc Angelo figurantur. Descendit Angelus de caelo tanquam Dei nuntius, Iris in capite ejus, ut symbolum pacis, quam Prædicatores annuntiant. Rom. 20. num. 16. Exercitus supra c. 9. erat armatus. Loricis igneis, & sulphureis, ac hya. in thibis, ad mortem inferendam, Angelus descendit amictus nube lucida ad saluferum rorem spargendum c. 8. horribiles tenebræ, ac obsecrationes errorum ac falsitatum, adducendorum ad se diffusa sunt; hic verò facies Angeli ut Sol ad illuminandum, ac dirigendum, c. 9. equi exercitus habebant caudas similes serpentibus habentes capita serpentina ad decipiendum; hic verò Angelus, habet pedes tanquam columnas igneas ad firmissime ambulandum in via salutis, ac charitatis: in exercitu leonina ferocitas, serpentina nequitia, splendens ignem sclopi & arma; hic verò sine armis, lux & liber: In exordio, ac vers. 1. dicitur libellus patrea verò liber, quia Doctores Ecclesiastici multis libris sanctam fidem Catholicam explana-

runt ut jam non sit libellus, sed liber, & locuta sunt septem tonitrua, id est, Concilia Generalia, ac decreta Summorum Pontificum, & dicuntur septem, septenarius numerus universitatem significat; & tempus hujus doctrinæ, ac prædicationis Evangelicæ erit usque ad finem mundi, & non amplius, quando septimus Angelus in fine mundi tuba cecinerit, ac proinde quando hoc tempus non adest dicitur Joanni, & in eo omnibus Doctoribus oportet iterum prædicare gentibus & populis & linguis, ut vidimus fieri in Oriente, ac Occidente & cetera, quæ in toto hoc capite continentur, faciliè suis locis ad hunc scopum adaptabo.

11. Semper enim Deus suam dilectissimam sponsam Ecclesiam contra infernalem nequitiam Ecclesiastica doctrina, prædicatione, ac confessione munivit, ac corroboravit; Petro prædicanti, ac publicanti Incarnati Verbi divinitatem, ac dicens: Tu es Christus Filius Dei vivi. Respondet Jesus dicens: Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non prævalebunt adversus eam. Matth. 16. Cur modo super firmam petram constituit Ecclesia, ut adversus eam non valeant prævalere omnes infernales potestates, cur non potius quando Petrus se mittit in mare, vel cur non quando de se protestatur esse paratum ire ad mortem, & carcerem; sed modo tantum, quando generosè prædicat Christi Domini divinitatem, Tu es Christus filius Dei vivi, & maxime. De doctrina enim ac prædicatione virorum Apostolicorum fortissimè armatur, & roboratur in Ecclesia, ut inexpugnabilis fiat ab omni nequitia infernali, ut omnem illam sancta Ecclesia valeat conculcare, cum super firmissimam petram, constituta sit. D. Chryl. in Catena. Manifestum est aut, quia neque adversus petram, neque adversus Ecclesiam porta inferi prævalebunt.

12. Poniuntur arca testamenti in præstantissimo tempore loco sub alis Cherubim. Siquidem Cherubim expandebant alas suas super locum arce, & protegebant arcam. 3. Reg. 8. n. 7. Cur divina providentia ordinatum est, ut ad tutamen, ac custodiam arce, duo ponantur cherubim; cur non potius ex coelesti choro assumuntur ad hoc negotium potestates, seu virtutes, vel Archangeli, qui sunt Principes militiæ & ad bella destinati. Cherubim est plenitudo scientiæ; Arca verò Ecclesiam significat, est valde communis, & nulla majori auctoritate poterat Ecclesia custodiri, ac muniri, quam sermone doctrinæ ac sapientiæ ad omnes hostium exercitus profugandos. D. Bruno de laudibus Ecclesiæ, cap. 4. Bene autem ait, sub alis Cherubim, arca testamenti dicitur, quia nihil est, quod sic Ecclesiam Dei defendat, & munit sicut sermo divinus, & scientia Scripturarum.

13. Magna ponderatione, dignum est, quod Ananias, Misael, & Azarias mittuntur in fornacem ignis ardentis, & illasi absque ullo flammæ nocimento exeunt. Daniel, 3. mittitur & Daniel. 5. in lacum leonum, & absque ullo nocimento invenitur; unde his pueris tanta virtus, ut elementorum efficaciam, ac brutorum ferocitatem devincerent, ac superarent: Ait de illis Text. Pueris autem his, dedit Deus scientiam & disciplinam, in omni libro & sapientia. Daniel. 7. n. 17. hac rerum divinarum scientia, ac sapientia, sic armati, & protecti sunt.

Ad nostrum intentum tota v. so adaptatur.

Matth. 16. Matth. 14. Matth. 16. Doctrina ac prædicatione stabilis Ecclesia contra adversarios.

D. Chryl.

12.

3. Reg. 8.

Fortitudo Ecclesie à sapientia & doctrina.

D. Bruno.

13.

L. iel. 3. & 4.

Sapientia de omnibus triumphat. Ildor. Pelus. sunt, ut etiam elementa ac bruta superarent, ut eos minimè attingere audeant; sic astruit Divus Ildorus Pelusiora lib. 4. Epist. 139. Quod autem, ait, ita sit etiam hinc liquet, quod hi leonibus, illi autem igni venerationem fuerunt.

QUESTIO II.

Juxta graves Doctores per hunc Angelum descendentem de caelo, Christus Dominus significatur.

14. Primaf. Beda. Richard. Pannon. Ansbertus. Malac. 3. Primasius, Beda, Richardus, Victorinus, Pannonius, Ansbertus, per hunc Angelum Christum Dominum in sua Incarnatione interpretantur, qui amictus fuit nube, quia apparuit in suscepta humanitate, in capite ejus erat iris, id est, reconciliatio humani generis cum Deo Patre. Christus Dominus passim in Scriptura dicitur Angelus Malach. 3. n. 1. Ipse enim est Angelus testamenti; & ipse venit in mundum æternæ vitæ novus nuntius, & hominibus apparet, nova nuntiavit, nova promisit, novæque suis fidelibus contulit, & dicitur hic Angelus fortis, quia Christus Dominus est Dei virtus, fortitudo, ac potentia.

15. Rupert. Descendens de caelo dicitur hic Angelus, ad denotandam ab æterno Christi divinitatem, & quod ab æterno Patri fuerit æqualis Rupertus. In uterum Virginis de caelo descendit, de sinu Patris venit, & qui Deus erat, homo factus est, quodque Verbum erat in principio caro factum est, non mutata in carnem divinitate sed assumpta carne. Sed cum sit Deus verus, quomodo dicitur quod descenderet de caelo: nam Deus ob suam immensitatem de uno loco ad alium novum non movetur, dicitur ergo descendens de caelo, dum nostram carnem assumpsit, & quod ad nostram humanam naturam descendit, ibi maxime irradiat ejus divinitas, quæ multum in humilitate resplendet, humilitas enim nos adjungit divino generi. Joan. 13. n. 3. ait Sciens Jesus quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia a Deo exiit, & ad Deum vadit. Non est sermo de eo quod ab æterno exierat à Patre Deus de Deo, sed de exitu temporali veniens in mundum factus homo, & quomodo in hoc exitu temporali declaratur ipsum à Deo exiisse. Pulchre Divus Elogius Noviom. Episcopus homilia 4. in cæna Domini ait. Sciens quia a Deo exiit per humilitatis Incarnationem. Cum Christus humilis appareret in mundo, ipsa humilitas ostendebatur se à Deo genus suum ducere: humilitas enim nos super homines elevat, & proximos nos supremo generi facit.

Amictus nube, quia nimirum carne indutus inter homines visus est, de qua videlicet ejus nube dicit Isaias 19. n. 1. Ecce Dominus ascendit super nubem leviem & ingredietur Egyptum. Quæ nubes rectè vocatur, non gravis sed levis, quia nostri Redemptoris caro, nullo peccatorum pondere gravata est: illud tamen ponderandum quod dicitur Dominus amictus nube, cum statim de eo scribatur; Facies ejus erat ut Sol, cum Sol sit totius luminis fons, denotat idcirco manifestum, & patens est: nubes verò

dicit, quod in tenebris latet, & sub nube densa velatur: quomodo ergo meus Jesus dicitur absconditus & manifestus. De eo testatur Isai. 45. n. 15. Verè tu es Deus absconditus. At verò sponsa Cant. 1. n. 2. de eo testatur. Oleum effusum nomen tuum; idè adolescentula dilexerunt te nimis. Expendendum; oleum, cum intra vas non continetur, sed extra effunditur, valde patens, ac manifestum est. Quomodo ergo Christus Dominus dicitur ab Isaias absconditus, à nostro verò Joanne dicitur velatus, ut pote nubes amictus, & etiam manifestus resplendens Facies ejus ut Sol. Nam ut Sol animas nostras incendit, & inflamat; ut absconditus sub nube, tanquam sub alis eas defendit, & protegit. Psal. 30. n. 2. Abscondes eos in abscondito facies tuas, à conturbatione hominum. Philip. Abbas lib. 1. in Cant. c. 11. Quem Isaias dicit absconditum, effusum tanquam oleum, jam videmus cunctis expositum, expositum quidem ut sanatorum egrotis oleum effundat, absconditum ut sanatos in facie sua abscondat.

17. Vel aliter dic Facies ejus resplendens ad instar Solis. At verò nube densa & obscura amictus, simul hic apparet, quia Christus splendidissima lux est justis & dignis, qui ejus amicitia fruuntur; Absconditus verò tanquam sub atra nube iniquis & injustis, ut pote ejus præsentia indigni, cum de ablatione pedum Apostolorum agit Joannes, ait. c. 13. n. 1. Ante diem festum Pasche sciens Jesus, &c. surgit à cænis, & cepit lavare pedes discipulorum suorum: At verò postea n. 30. Cum autem agit de egressu Judæ à cœnaculo facit mentionem notat. Cum accipisset buccellam, continuo exivit: erat autem nox. In Apostolis qui pedum abluitione ejus gratia replebantur, notatur dies ante diem festum Pasche. In Juda verò qui Christum relinquebat, ab eoque animo corpore recedebat, adnotatur nox. Justis, qui Christi splendore illuminantur fulgida dies est; iniquis verò, qui ejus splendorem rejiciunt, nox est, quod rectè posuit Origen. ad proximè citatum Joannis locum. Nox erat nox in iis, quibus pedes Jesus ablucrat, sed dies clarissimus, quod mundi essent: & præcipue in eo qui in Jesu sinu cubabat, nox non erat; neque in Petro proficisci, Tu es Christus, nox erat etenim præbo ei qui cum esset egrediens, Solem justitiæ, iquisset.

18. Et facies ejus erat ut Sol. Cum ergo dicitur amictus nube intelligitur in corpore nempe, nam facies erat manifesta instar Solis radiabat: cui enim Christus adest, statim splendidissima luce fruitor, cum per totam noctem cum Jacob luctaretur Angelus, qui juxta Chrysoftom. ac alios Patres Græcos, Christum representabat, cum hic Angelus ab eo discederet subdit Textus. Ortus est ei statim Sol. Gen. 32. n. 31. Non dicitur tantum ortus est Sol. Sed ortus est ei. Tenebræ possunt durare quamdiu Christus abest: at cum eum fidei oculis vidimus solum omni gratiarum benedictione nobis fulget. Rupertus ad citatum locum. Non abs re, ait, dicitur est, ortus que est ei statim Sol, postquam transgressus est Phannèl, quod interpretatur facies Dei. Effusa namque benedictione Christi, ortus est Sol justitiæ populo sanctorum. In apite ejus Iris. Cur cum iride descendit Iris ignum fuit exhibitum à Deo suæ reconciliacionis cum hominibus; ecce cur descendens de caelo carnem assumpturus, iride coronatur, Y y 4 ut

Isai. 45.

Christi sive absconditus, sive manifestus in salutem nostram.

Psal. 30.

Phil. Abb.

Joan. 13. Christus lux splendens justis, iniquis vero nox.

Origen.

18.

Genes. 32. ubi Christus ubi lux.

Rupertus.

19.

Richard.

Genes. 10. Reconciliatio ac pax Dei cum homine per Christum.

1. Cor. 11. Albert. Mag.

Abfalon.

Philipp. 4.

Jobus.

20.

Cant. 5. In Christo pietas & se- veritas.

Psal. 113.

D. August.

21. Viegas.

Misericordia & iustitia in Christo.

22. Rupercus.

3. Reg. 7. Tota domus Apostolica fundatur in iustitia & misericordia.

ut manifestaretur eum cum pace venire mundum reconcilians sibi. Richard. Victorin. Iris in capite eius quia Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Cum ergo Iris sit signum reconciliationis, ac fœderis. Gen. 10. n. 13. in nubibus cœli, est arcus, sive nubes aquosa illustrata radiis Solis; Sol est filius Dei, nubes verò aquosa illustrata, natura humana, plena gratia- rum varietate: at verò cum Iris potuerit apparere in manu Angeli, cur in capite visitur? Nonne caput Christi Divinitas. 1. Cor. 11. n. 3. Caput Christi Deus. Ecce cur Iris non in manu, sed in capite; Albert. Magn. Quia potentia reconciliandi, & virtus in capite Iris, id est in divinitate, qua est caput Christi, Abfalon. Abbas ser. 34. Iris recte in capite. Angeli esse dicitur, quia propitiationem nostram operatus est Deus secundum naturam divinitatis. Pax nostræ reconciliationis cum Deo solum ab ipsa bonitate divina manavit, ait Paulus ad Philip. 4. n. 7. Pax Dei, que exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra. Tantum donum est pax, ut dicatur pax Dei siquidem à solo Deo venire potest Jobas Monach. de Incarnat. 9. c. 42. apud Bibliothecam Phoriti. Pax, ait, sublime donum, & sic exuperans humanum sensum, ut à solo Deo descendat. Pedes eius tanquam columnæ ignis: ad conterendos, & conculcandos peccatores ut eos consumat, & destruat; misericordia eius super omnia opera eius: Iris, quæ denotat misericordiam in capite, severitas, & iustitia in pedibus denotantur, vel etiam pedes eius tanquam columna ignis. Quasi his duobus pedibus ad nos venit Christus propter firmitatem, & potentiam, quam misericordiam, & iustitiam operibus declarat. Columnæ ergo sunt ad conterendos ac conculcandos peccatores: Ignem verò ob amoris ardorem erga non dilectos. Hac ratione de suo dilecto, ait Sponsa Cant. 5. n. 15. Crura illius columnæ marmorea, que fundata sunt super bases aureas. Verè hi duo pedes Christi columnæ sunt marmoreæ ad comprimendos peccatores, super bases aureas, misericordiam, & iustitiam. Decantat Regius Vates Psalm. 11. n. 8. Qui convertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum. In hoc, duo inveniuntur, petra & stagnum seu fontes aquarum; meus Jesus iniquus est petra, ut eos conterat, & stagnum & fons aquarum ut torrente voluptatis suæ in æternum sariet suos electos, Divus Augustinus. Christus scilicet se prius durum, cum ignoraretur, liquescit ad irrigandos fideles, ut sit in eis fons aqua viva salientis in vitam æternam. Unde per hos duos pedes Christi, aliqui graves Auctores ut Viegas sect. 2. intelligunt duas eius virtutes præcipue misericordiam & iustitiam; ait pes dexter sit misericordiam, sinister iustitiam; nam pes dexter, multo fortior est quam sinister; sic enim fortiosem, ac potentiosem Deus in suæ erga homines misericordiam argu- mentis, quam in operibus iustitiæ demonstra- vit; quod multis profequitur citat Viegas. Ad hujus rei gustum illud Cant. Crura eius columna marmorea. Componit Rupercus cum illis duabus columnis æreis, quas 5. n. 3. Reg. 7. num. 15. in templo fabricavit, nam intelligens misericordiam, per alteram iustitiam, super quas tota fabrica ædificii est æstici fulcitur, & sustentatur, sic ait. Fecit columnas æreas, columnæ istæ egregium

maximum ornamentum domus dei. Quid signifi- ficet Aucto: illarum, nobis cum invenit in Cant. dicendo in laudibus Spons. Crura eius co- lumna marmorea: quam crura sunt Sponsi, nisi unversa via Domini: planè via Domini uni- versæ nisi dicitur. Misericordia & veritas, sive misericordia, & iudicium columnis istis, penè tota domus incumbit, totum sacra Scriptura ædifi- cium innixum est. Proindeque columnas mar- moreas Sponsi; & columnas æreas Salomonis, in eandem significationem misericordiam, & iu- dicii interpretatur, quibus pedes nostri Angeli assimilantur. Illud satis curiosè inquires, cur in Salomone columnæ erant æreæ; in sponso marmoreæ; in nostro Angelo igneæ: æres valde sonans, ac vo- calissimum censetur: marmor multum con- stans, ac firmum, ignis flammeus est; & deno- tant hæc ardentem Christi charitatem firmam & constantem semper existere cum magna voce, & sonitu resonante per totum orbem; quæ nullis hominum peccatis diminuta est, sed cum magna voce clamabat, Si quis sitit, veniat ad me. Joan. 7. num. 17. Magnis, ac præclarissimis vestibus mandavit Deus adornari Pontificem Hebræum; dispo- suit, ut ejus caput adornaretur tiara cum lam- mina aurea, in qua erat scriptum sanctissimum Dei nomen. Iehova. In pectore verò imponeba- tur rationale cum duodecim lapidibus pretio- sis, in quibus extabant sculpta duodecim no- mina filiorum Israël: cingulo cingebatur ex omni lapide magno valoris intexto. Tandem componebatur carulea veste usque ad pedes dimissa. In cuius extremitate mandavit Deus Deorsum verò ad pedes ejusdem tunica per cin- gulum, quasi mala punicæ facies mixtis in medio tintinnabulis. Exod. 28. n. 33. Valdè commune est apud Sanctos Patres, D. Cyrillus Alexandri- nus lib. 11. de Adorat. Arnoldum Carnotens. tract. de Verbis Domini, ac alios in illa veste Pontificia denotari Christi mysteria, ejusque virtutes. In tiara cum lamina aurea, in qua scriptum sanctam Dei nomen denotari my- sterium Incarnationis, in quo excellens divi- nitatis aurum cum exigente nostræ naturæ adventum est; Duodecim lapides, duodecim Apostolos, quos alta sapientia expoliavit; Chri- stus Dominus; Cinctorium denotabat ejus vir- tutes, erit iustitia cingulum lumborum ejus. Isai. 11. num. 5. Carulea vestis cœlestem ejus vitam designabat: at verò in limbo vestis mala puni- ca amoris symbolum erat: hæc tamen mala punicæ cum tintinnabulis admista. Cur tintin- nabula, non ponuntur in tiara, in rationali vel in cingulo, sed tantum cum malis punicis? sicut malum punicum amoris est signum, sic & tintinnabulum vocem, & sonitum denotat, inde solum cum malis punicis admistum ponitur, quia inter omnia Christi opera, ac ejus virtutes amor insonuit, ac vocem extulit; ad quod respicit Petrus Rigas Presbyter Rhemen- Canens.

Aurea cum malis se tintinnabula jungunt. Que jubar effundunt, excruciantque sonos Ecclesias Christi, sic semper splendor inaurat.

23. Elegans du- bium.

Charitas Christi mag- num sonitum dedit.

Joan. 7. 24.

Exod. 28.

Amer Christi super omnia sonans.

Isai 11.

Presbyter Rhemen.

QUÆSTIO III.

Ioannes Baptista juxta graves Aucto- res hic Angelus descendens.

25. Laur. à Pont.

26. Baptista Angelus. Matth. 11. Malach. 3.

D. Chrysol.

Dan. 7. Baptista pro omnibus Angelis.

Matth. 4.

Luc. 1.

Matth. 6.

Luc. 1.

L. Laurentius à Ponte tom. 2. in sapientia Salomonis c. 10. n. 21 homilia 29. §. de vire S. Joannis Baptistæ excellentia, existimat hunc Angelum esse sanctum Joannem Bap- tistam, qui prædicatione splendet ut Sol, ar- dore charitatis ut ignis, voce ut leo, pedibus inter utrumque testamentum stetit, ut finis hujus, & principium alterius quæ alius sunt examinanda. Vidi a terum Angelum. Joannem scilicet Bap- tistam. De eo enim ut testatur Christus Domi- nus Matth. 11. n. 10. Scriptum est à Malachia Propheta 3 n. 1. Ecce ego mitto Angelum meum, Deus cui affant millia millium Angelorum, hunc Angelum Joannem insigniter, ac singula- riter dicit Angelum suum, qui veniens in carne, filio Dei venienti in carne humana viam præ- pararet, ad hæc eleganter Chrysologus term. 89. Cum Christus Deus nasceretur in carne, Joannes Angelus est generatus in terris: ut ita officia terrena officio se cœlestibus misceret, sicut huma- ni se divina miscerant, & in terra Deo Angelus, & Domino ordo cœlestis obsequi non desset. Deus venerat in carne, ex carne genitus Angelus præmittitur, ut aptus famularus Domino adfit. Et Domino ordo cœlestis obsequi non desset. In cœlo Deo administrant millia millium, & de- cem millia, & centena millia Daniel. 7. Ar in terris ne desset Deo obsequium Angelicum, mittitur Joannes Baptista, qui licet unus sit, pro omnibus illis est, ut ante faciem Domini pararet vias ejus, & que plebem perfectam. In deserto post devictas tentationes. Accesserunt Angeli, & ministrabant ei. Matth. 4. n. 11. Multi nempe Angeli accesserunt, ut docent D. Chry- sol. Pach. & alii. Ubi Joannes non adest, multi ut necessarii Angeli ad Domini obsequium: cum Joannes præsens est, licet unus pro illis omnibus est, omniumque officia, ac ministeria dimplet, ut unus pro omnibus. Vide quæ de hac re dixi tom. 3. c. 13. q. 23. & 24. Fortis, Generosus & fortis in prædicatione sua extitit Joannes, de quo dicit Gabriel. Con- vertite corda patrum in filios, & incredulos ad pru- dentiam iustorum Luc. 1. n. 17. Quæ & arguebat Herodem. Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Marc. 6. n. 18. Quæ & arguebat Magnates Judæorum. Videns autem multos Phariseorum & Sadduceorum, venientes ad Baptistam suum, dixit eis: Progenies viperarum, quæ demonstravit: vos fuere à ventre ira. Matth. 3. n. 7. Progenies viperarum dicit pulchre Joannes Cassianus li- bro 1. c. 4. Gemina viperarum parentum visce- ra corrodunt, eos tales dicit Joannes, qui à eorum heredes, dantes, ac ora non timebat; Sed si Joannes tanta fortitudine erat præditus; cur Ange- o eum annuntians solum ait: Spiritu Sancto re- lebitur adhuc ex utero matris sue. Luc. 1. n. 15. Cur de ejus fortitudine non fit mentio. Sicut invenimus factam de Stephano Act. 6. n. 8.

Stephanus plenus gratia & fortitudine. Ex eo quod arguebat Judæos dura cervice, & incir- cumcisi cordibus. Act. 7. Respondeo quod ex eo quod Joannes dicitur plenus Spiritu Sancto, dicitur plenus omni gratia, & dono ejus. Deinde, virtutes quibus Stephanus replende- bat verbis poterant explicari: in quibus verò Joannes radiabat, ob eorum magnitudinem, silentio tantum venerari debent. Vide quæ dixi tomo 2. cap. 4. quæst. 10. Descendens de cœlo. Joannes in terris natus est, quomodo dicitur descendens de cœlo di- vus Chrysol. term. 88. sic scribit de eo. Beatus, qui ante meruit cœlum scire, quam terram. Beatus natus quam corpore. Petrus Chrysologus term. 91. Beatus, ait, qui ante pervenit ad cœlum, quam tangeret ter- ram, ante cepit divinum spiritum, quam huma- num, ante accepit divina munera, quam corporis membra. Joannes enim potius videtur datus de cœlo, quam ab hominibus generatus, de ejus parentibus Zacharia & Elizabeth scribit D. Lu- cas 1. n. 7. Non erat illius filius; eo quod esset Eli- zabeth sterilis, & ambrosius in diebus suis. Profundè exaggeratur sterilitas, ex ætate, ac infœcunditate, ut partus potius credatur à Deo datus, quam ab hominibus generatus. D. Chry- sol term. 87. Sterilitas, ait, seculis exag- ratur extrema, & à spe generandi totum subvertitur, quidquid est corporis, & naturæ; & ne vel cogita- ti: sobolis, ulla remaneret, ad id pervenit est te nitoris, & atatis: tunc totum divinum creditur, cum fuerit nihil humanum. Ut ita ex utriusque parentis sterilitate conjiciatur, in conceptione Baptistæ non humanam virtutem, sed divinam esse operatricem. Cum in lucem edidit Sacra- tissima Virgo Verbum incarnatum dicitur de ea Luc. 1. n. 7. Peperit filium suum primogenitum: Luc. 1. n. 57. Impletum est tempus pariendi & peperit filium. Cum Joannes fuerit filius primogenitus Elizab- eth; cur ergo non dicitur de ea quod peperit filium suum primogenitum, ut de B. Virgine narratur? ratio discriminis est, quia Virgo pe- perit Christum eo modo, quo illum concepit, concepit in gratia, peperit in gratia, & inde me- ritò ejus filius nuncupatur. At Elizabeth non edidit Joannem, eo modo, quo illum concepit, concepit in peccatis, emisit ex utero in gratia, idèò potius est filius gratiæ, cum hæc sit præ- cipua filiationis denominatio, ut dicant Phi- losophi sumitur à principali parte, & cum Joannes plus habeat à gratia Dei, quam à pa- terno genere, idèò non primogenitus Elizabeth dicitur, sed potius talis dicendus à gratia Chri- sti D. Chrysol. homil. 2. de nativitate. Joan. Cur autem Elizabeth peperit, & genuit? quod aliud quidem est opus nature: hoc verò supra naturam, quandoquidem peperit quidem in mulier, sed su- pervenit gratia Sancti Spiritus, & genuit super naturam: erat quidem miraculum quod fiebat in Joanne, & non tantum habebat paterni generis, quantum verbi. Expende ultima verba Non tantum bat paterni generis, quantum Dei verbi. P. multa dixi tomo 1. l. 1. c. 4. & 8. nube. Noster Baptista excellentia me m Angelus est, & facies ejus ut Sol re- sp. quia ut ait, D. Bern. term. de nativita- tistæ. Luminare majus est ad peccatorum remissionem.

28. D. Chryf. Baptista po- tius à cœlo natus quam à terra.

Luc. 1.

D. Chryf.

Luc. 1.

Joannes filius gratia supra ordinem natura.

D. Chryf.

29.